

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Ad populum et equites Ro. antequam iret
in exilium. Oratio XXVII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Oratio

AD POPVLVM ET EQVITES RO. ANTEQVAM IRET
IN EXILIVM. ORATIO XXVII.



QUANDO Inimicorū impetū propulsare, ac propellere cupistis, defendite nunc vniuersi vnū, qui ne omnes occideretis, ardoreq; flā- me conflagraretis, mei capitis periculo nō dubitauī prouidere. Nā quem virtutis gloria cū summa laude ad cælū extulit, eundē inimi- corū inuidiā indignissime oppressum deprimat ad supplicium. Si li- berum conceptam dulcedinē animo inclusam continetis, nolite eo velle carere, q; charissimā vestram procreationem sibi esse duxit. Est enim liberale officiū, serere beneficiū, vt metere possis fructū. Fidei conducit, in loco debitū retribuere. Illic em̄ animi voluntas ppen- sa comprobatur: hīc memoria collaudat. Itaq; si omnibus graue ser- uitudinis iugum esse debet in libertate educatis: sit is vestris animis acceptissimus, q; a vestro corpore iugum acerbissimū repulit seruitutis. Et si maiores vestri, eos imperatores, qui mili- tum virtute, hostium fregerunt furorē, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solū statuis dignos putarunt, sed etiam aeterna triumphī laude decorarunt: tum vos eum consu- lem, q; non militū presentī fortitudine, sed sua eximia animi virtute, hostilem ciuū mentem, Senatus auctoritate vindicauit, existimate vobis retinendū in ciuitate esse. Si quā beneficia singulis ciuibus, priuatimq; danē, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta: iure, & merito possum ego vos ad defensionē meę salutis adhortari, quos conseruauī vniuersos. Nā neq; maius est defendere vnū, q; populū: neq; verius a singulis, q; ab omnibus repetere officiū pramiū, & fructū: propterea q; in vnus periculo sape contentio parua est, vt leuis sit labor defensori sustinendus. in Reip. insidiis, quo firmitus est qd oppugnatur, eo paratiores sunt ini- mici: vt iis sine magna sollicitudine, industria, virtute non queat resisti. Et singulorū opes se- pe sunt tenues, & infirmę ad gratiā referendā, vt opitulari benemerētibus non queant, si ma- xime cupiant. Vniuersorū auxiliū eo plurimū prodest, quo firmitioribus opibus est nixum. Iure igit quoniā & maior impēsa in patriā officiū facta est, q; in priuata sit defensione: & plus a vobis p̄sidiū, q; a ceteris opis ad salutē potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. Nō conuenit em̄, cū ego ad p̄merendū officiū tā fuerim expeditus: vos ad referendā gratiā esse tardiores: ne cuius amplitudinē ac gloriā laude, atq; honoribus amplificare debeat: eius incolumitatē, & salutē deserendā existimetis. Etem̄ errat si qs arbi- tratur M. Tulliu idcirco in capitis periculum vocari, q; deliquerit aliqd, q; patriam laeserit, q; improbe vixerit. nō citatur reus audacię, virtutis reus citatur. nō accusat q; Rep. oppugna- rit, sed q; homo nouus p̄nciosum nobiliū restinxerit furorē. Nō obest mihi turpis & nocens, sed honestissime, laudatissimeq; acta vita. non odio bonorū, sed inuidiā premor malorū. intel- ligunt hoīes tot & tā praeclaris testimoniis, monimētisq; virtutis cōparatis, M. Tullio dum sit incolumis, fore voluptati. idcirco vitam eripere cupiunt, vt cū spiritu, sensum quoq; adi- mant iucūditatis. Nōne igit indignum est, eos p̄mis meis inuidere, q; virtute certare nolue- runt: eos in contentionē honoris venire, q; officiis se superari eq̄ssimo animo tulerunt! Si dul- cis est gloria, cōsequere virtutē. noli abicere labores, petere honorem. honorē dico: immo ve- ro famā, fortunas, familiā, liberos, caput, corpus, ipsum deniq; sanguinē, & animā. Cedo inui- tus de republica: cedo oppressus de fortuna, de dignitate: discedo a Rep. victus audacia malo- rū. Liceat manere si non illū M. Tulliu, custodē vrbis, defensorem oīm, patrem patrię: at certe reliq;as Tullii liceat in conspectu ciuū, in hac vrbe, quā ex parricidarū faucib; eripuit, rema- nere: tecta oīm, fana deorū, vniuersam videre periculi & ciuitatē, liceat ex hac flāma euolare, praesertim q; illud impium incendiū perditorū hominū lachrymis potius meis, q; sanguine ve- stro restingui malui. Neq; em̄ peto vt mihi detis vitā: sed datā repeto, vt reddatis. Si memini- stis qd dedi, vos nō debetis obliuisci, sed retribuere qd debetis. Vos vos obtestor Dii immor- tales, q; meę menti lumina p̄tulistis, cū cōsensum extinxī coniurationis: arcēq; vrbis ab incē- dio, ac flāma liberaui: liberosq; vestros a gremio, & cōplexu matrū ad cadē & cruorē nō sum passus extrahi. Num igit potest fieri a cliētibus vt recipiar: cū a quibus debeam retineri, reiū- cere instituāt! Socii quo fugiant: cū aditus custodi patrię praclusus sit! quomodo spes salu- tis reliquis residebit: cum ciuibus praclusa sit expectatio incolumitatis! pax & concordia ex- traneis gignetur: cum iam domesticis nō infideat, sed publice prouidentī eripiatur! Nā quid

Cedo de re
publ.

Lumina p̄-
tulistis.

Antequā iret in exil. Fo. CLVI.

ego improborū facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vul-
nerē vestros: auxiliū ab alienis efflagitabitis, cū ciues vestros deseratis: Sociorū inuocē subfi-
dium, cū a ciuibus interclusum sit praesidium: quā colere gentē nunc instituā: vtrū vt custos
accipiar: an vt proditor excludar: si vt conseruator, vestra erit ignominia, si vt oppugnator,
praecisa erunt omnia. Itaq; qđ putauī fore gaudiū, id extitit exitium. Si Quirites eundē in ca-
terorum periculis haberemus animū, quē in nostris difficultatibus, & pro innocētissimō quo
q; propugnare, & nocētissimū quēq; oppugnare nobis vtilissimū esse arbitraremur, & si cū
optimi cuiusq; rebus aduersis nostrā salutem, cum deterrimorum hominū secundis, nostra
pericula putaremus cōiuncta: frequētes profecto talibus conatibus obuiam ire niteremur: ne
q; partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potētia, ac multitudine amicorum
fulti, cum per facile existimaremus aduersariorū vim ac factionē a nobis repelli posse, subito
ipsi simili periculo circūuenti, in nostro euentu aliorū reminiscētes casus, iure id nobis acci-
dere nequicq; quereremur. Quis em̄ est Quirites: qui nunc cū inimicorū nostrorum vim atq;
violentiā prospiciat, quiq; nostrum ipsum periculofissimū casum recognoscat, q non sibi ac
suis diffidat fortunis: Quo em̄ se satis tutū arbitrabit praesidio: virtutis, & glorię: at ea nos
ipsa hoc tēpore oppugnant. multitudine amicorū: aperuerunt non fortes esse se amicos, si in
eorum potestate nostra sita salus non est. paucitate inimicorū: at id non in ipsius, sed in alio
rum voluntate positū est. nā non satis est, ne cui iniuriā facias, prouidere: si tamē sunt volun-
tariū inimici, qui tuis premiis te oppugnent. Atq; adeo cū hac oīa omnibus sint graua atq;
acerba, tum vero nobis misera atq; intoleranda, quorū & officia in Rēp. recētissima, & incom-
moda ob Remp. frequētissima in familia versant. Nūc si eadē conditio disceptationis propo-
netur, aequi auditores adhibebuntur, aures non obtuse criminatione, sed vacue praebentur:
qui sunt assecuti summū gradū honoris, nō dispoliabunt honore: qui sperant, facilius & p-
cilius ad laudē nobilitatis perueniēt. Quāobrē nolo me duce, supplicii vos ad fraudē dedu-
ci, vt ego ad pristinū statū recidā casus. Nūc igit si lingua est concertandū, innocentia virtu-
te fretus supero. Si facta cōpensanda sunt, conferamus equitatē. Si violentię impetu opprimi
mur, decedā pro omnibus vnus tribunitiō furorī, quoniā laborē p cunctis ferre consueui. Si
igit aliquo tēpore his hoībus consulistis, quorū animus est religionis pietate defunctus, de
beris mihi quoq; pspicere, qui numini deorū consecratū, sartū tectū ab omni periculo conser-
uauī: & vos vt tutā tranquillāq; fortunam traheretis, mea pfecti vigilātia. Nā me quē paulo an-
te fortuna erexerat ad gloriā, virtus extulit ad laudē, populus tribuit honorē: eundē tribunī
furor exagitatus depulit ad calamitatē. Et quoniā animaduertistis illā conspirationem cōfla-
tam ita esse restinctam, vt nulla scintilla cōpareat incendiū, vos quoq; tribunitiā sedate te-
meritatem, qui nunc se mihi inimicū ostendit, se prius esse vestrū cōfessus est inimicū: ne rei
crudelitas experrecta in me, in vos conualescat, & calamitas remorata lōgius serpat, atq; pro-
grediatur, p̄caute. Nunc vel solus defectus ad calamitatē, vel primus vocatus ad tale pericu-
lum, omnium animos iure debeo cōmouere. Oīa sunt immutata. manus ad demonstrandam
religantur iniuriā, lingua inciditur ad deplorandam calamitatē, animus pracludit ad ex-
ponendā rei indignitatē, humilitatē generis obiciunt nobis: qui nouā rationē suscitāt, vete-
res maiorū obterunt laudes. Sed qđ ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sce-
lerate loquar factis: quorū cognita improbitas, me tacēte coarguitur turpitudine vita: vt de
iis non sit necesse inimicos predicare, de quorū scelere ne amici qđē, aut ipsi possunt negare.
Vos ego appello, quorū de me maxima est potestas: apđ vos loquor de mea calamitate, quos
habuī semp innocentie & virtutis meę testes. Igit ex ciuitate benemerit⁹ de Rep. ciuis exturba-
tur: innocēs expellitur: cōsularis homo, nō minimis facultatibus vsus, quondā amicorū mul-
torum praesidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circūuentus eget indī-
gne: huic si opem non tuleritis in periculo capitis, vos credo retinebitis vestram libertatem:
qui neq; tanta valetis auctoritate, neq; tantorum officiorum impensam egistis in patriā. Mi-
hi credite: hoc in vno incommodū confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: & si
initio non erit refutatum, impune ad omnium perniciē conualescet. Proinde aut in meo peri-
culo salutē integrā p̄state cōmunem, aut in vestris hoc idē incōmodū expectate fortunis. Ne-
mo tā perditā auctoritate, tā facinorosa inuentus est vita, q cum de scelere fateret, non tamē
sententiis prius iudicium cōuinceretur, q̄ supplicio addiceretur. Ego repente vi tribunitiā cor-
reptus, non modo loquendi libere in iudicio, sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo po-

*

Defunctus
pietate re-
lig.
Sartum te-
ctum.

Defectus, i.
destitutus.

Impensam
agere.

Oratio

testatem. Eicior non solum sine teste, sine iudice, sine crimine, sed sine etiā scelere, sine accusatore. Hostibus in bello qui dissident voluntate, dimicant armis, vitā quotidie oppugnant, in ipsa acie, cū praeliant, licet loq, licet disputare. mihi in pace ciui, qui perditorū hominū fregi furorē, pro fortunis meis apud vos loq non licebit! Serui q ad supplicium casti verberib⁹ trahuntur, apud eos saepe disputant, quos necare voluerunt. ego consularis apud vos non loquar, quos conseruauit: Tacebo, si necesse est, tacebo inquā animo equo, quoniam virtus mea me tace te agit causam meā. Itaq; vt ego in concione mea nihil ponā de rebus meis gestis, tamen in animis, & memoria vestra largiter relinqū. isti modo videant, qua ratione hanc inultā meā fugam ferre possint. Etem si a me, vt isti existimāt, Lentuli mortui sordes, si Catiline notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac supra Cassii poenas repetūt, profecto istis hora nulla, eiecto Tullio, vacua periculo, aut periculi expectatione relinquet. Itaq; illi in dies non meis infidiis, quę nullā a me parant, sed suorū scelerum conscientia cruciati, mihi absentī & populo Ro. poenas dabunt. Quas ob res ego inimicorū amentia, cupiditatisq; paucorū, oīm salutis causa decedā, neq; eo deducā, aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conferatis, cadesq; ciuium inter se fiat: multoq; poti⁹ ipse patria liberisq; meis carebo, q̄ propter vnum me vos de fortunis vestris Reiq; pu. dimicetis. Sic em ab initio fui animatus, vt nō magis me mea causa putarem esse natum, q̄ Reip. procreatū. Sed illud queror: qđ nō iam ad vniuersū perniciem, sed ad vniuersorum instruitur calamitatem: conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspicionē dimouere, crimen diluere, non licere: ore oppresso ceruices esse prebendas. quę tamen omnia iā non sunt tam calamitosa, q̄ mihi sunt subeunda: q̄ perniciofa, q̄ in Remp. sunt introducta. Quāobrem statutum est atq; decretū in his tēporibus ciuitatis omnia perpetrā, quę volent furor libidinofus. Vim volunt afferre. praesto sum. eicere volunt, exo indicta causa. nolunt audire. causam non dico. aliud quippiam conant. agant. nihil duri, nihil acerbi mihi erit, qđ Rēp. turabit. Non em illis victus cedo, sed incolumibus vobis me cōdono. Neq; em mors miseranda est, quę ob Remp. capit: neq; exilium turpe, qđ virtute suscipitur: cum praesertim nōnullā hęc poenę habeāt in se consolationem. Nam vitam si eripiūt, nō adiment gloriam immortalē. si exilio mulctabunt corpus, non animū a Rep. remouebunt. Nā vbicumq; ero, hoc cogitabo, hęc semp cura mea erit: meq; vobis ereptū, non a vobis repudiatum existimabo. Illud ab vniuersis postulo, petoq; si dū in ciuitate manere licitum est, nemini iniuste periculū creauit, nemini innocenti fui calamitati, si omnibus auxilio praesidioq; esse consueui, plurimosq; in hac ciuitate sum tutatus, vti vos liberos meos in vestra fidē recipiat, eosq; defendatis, neve inimicos meos in familiā nostrā longius progredi patiamini, vtiq; siue hinc abiero, siue ero hic oppressus, ea maneat opinio, & existimatio, quę virtute parta, non quę infelicitate illata est. Nūc ego te Iupiter Optime maxime, cuius nutu, ac ditione sola terrarum gubernant, teq; particeps connubii, socia regni, Regina Iuno, teq; Tritonia, arripotens, Gorgona, Pallas, Minerua, ceteriq; dii, deaq; immortales, q̄ excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutā, vt non solū cunctam intueri, sed etiā tueri possitis ciuitatem: a quorū ego quondā altaribus impiā manū ciuium remouit: a quorū templis, meo periculo, funestam faciem repuli, ne illustrissimū orbis terrarū monumentū cum principe omnium terrarum occideret ciuitate: teq; Iupiter Stator, quem vere huius imperii statorem maiores nostri nominauerunt, cuius in templo hostilem impetum Catiline repuli a muris, cuius templum a Romulo victis Sabinis in palatii radice cum victoria est collocatū: oro atq; obsecro, ferte opem pariter Reip. cuncteq; ciuitati, meisq; fortunis, resistite tribunitio furori, fauete innocētia, subuenite solitudini, miseremini senectutis, nolite eū supplicem a vobis abstertere, & excludere, qui in suo magistratu funestam faciem a vestris repulit templis. Si C. Mario auxilio fuistis, q̄ in cliuo Capitolino improborum ciuium cadem fecerat: si P. Scipioni, q̄ Annibalis furibundam mentem a vestris repulit templis: si deniq; Cn. Pompeio, q̄ terra mariq; hostes reddidit pacatos: sic nunc, in meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam, vt saepe multorum in periculis fecistis: sic nunc, in meis miseriis diuinum aliquod auxiliū, & numen ostendite. Deinde vos, quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atq; obsecro: quibus sigillatim saepe supplex ad pedes iacui: vt eum, quem singuli stratum, atq; abiectum subleuastis, nunc vniuersi conseruatū velitis. Si neminem vnq; vestrum laesi: si nemini innocenti obfui: si etiam econtrario, vt quisq; auxiliū meum desiderauit, opem ferre non dubitauit: si deniq; quacūq; administraui, ex vestra auctoritate

Creare periculum.

Sola terrarum.

Intueri.

Tueri.

Iupiter Stator.

Ad Quir

ne. & Patri cōscripserunt. ut
rati poenas sufferere: vt
flatu dignitatis restitui
uubū, neq; omnino iudic
Reip. armis, merita debilit
ctus armis, innocē
de vniuersa detrahit
his, licet p̄p̄o certo
tas iudicio esse potest
praeponi vobis obli
immortales, vestra
nō propter reliquę
diā, propter in
rate potest. Quod
magisq; em
Iudicim cōsecutus. Nūc
riā cū laude possidet ob
q̄ vos omni tēpore
sūtēsi neque liberos
bus defensum, incolumē
cta ac labore restituta est:
focisq; innocēti
lius in cū. Itaq; nūc
ei ab hoste. O misera
ego ne inimicus huius
fles interfici. Eber
hęc precor. nūc
supret istorū victoria
palma ex innocētis
vestra laude cōbonest

AD QUIR



ueriam, memoria mei, m
dicio de vni immortal
diuino immortalisq; v
sua, equabilis, p̄p̄o
quilla, & placata oīa
letitia voluptate car
rūmhi vero, & pro
dūriores. tñ nō tēra
iudicū, q̄ mihi me
ill, & mihi eū reddidit
pus mihi nūc voluptate

Ad Quir. post reditum. Fo. CLVII.

re, & Patrū cōscriptorū volūrate feci: si malui inimicorū cupiditati, q̄ Reip. & legitime auctori-
tati poenas sufferre: vt existimetis ex illo crudelissimo inimicorū impetu ereptū, in antiquū
statū dignitatis restitui cōuenire. Sed quoniam neq; mihi libere loquēdi, neq; vobis clemēter
audiēdi, neq; omnino iudicādi, paucorū furore, & audacia facta est potestas, sed oppressa est
Resp. armis, metu debilitata seruili, vti liberū sp̄ritū ducēdi nullā habeat potestatē, cedā in-
ermis armatis, innocēs nocētibus, priuatus furibūdo magistratui. Neq; em̄ Q. Metellus q̄cū
de virtute sua detraxit, q̄ cessit L. Saturnino furēti: neq; C. Cotta, q̄ Q. Varroni tribuno ple-
bis, inferiorē gnē orto cedēdū putauit: neq; C. Marius, q̄ quātas res gesserit, vestra vobis liber-
tas iudicio esse poterit. neq; vero M. Tullius suū animū a vestra abalienauit potestate, cum
præcipuū vobis obsidē sui animi, vestrā reliquerit libertatē. Quāobrē testor deos, deasq; oēs
immortales, vestrasq; maxime mētes, me nō vitæ turpitudine, nō pro magnitudine scelerū,
nō propter reliquę atatis infamiam, poenas iure & lege persoluere, sed propter virtutis inui-
diā, propter iucūdiissimā ingenii laudē, propter magnitudinē rerū gestarū, crudelissime ciui-
tate priuari. Quod si idē accidit Q. Cepioni, si Mācino, Statilio, mihi quoq; hoc accidisse nō
magnopere erit mirādū: cū præsertim nō generis antiquitate, sed virtutis ornamētis summā
laudē sim cōsecutus. Nūc ego vos Equites Ro. obtestor, quorū virtute, nomē Romanū victo-
riā cū laude possidet cōiunctā, quorū factis gloriant̄ ciues, letant̄ socii, gemūt hostes: vt si er-
ga vos omni tēpore optime fui animatus: si mea pericula neglexi, dū timorē a patria propul-
sarē: si æque liberis vestris prospexi, ac vos parētibus cōsuectis: vt nunc me velitis vestris opi-
bus defensum, incolumē ī hac ciuitate retinere, q̄ cū a scelerata cōiuratiōe esset incēsa, meo lu-
ctu ac labore restincta est: nec patiamini me a liberis meis abstractū, a cōiuge abreptū, ab aris
focisq; innocētē proiectū, vitā degere in exilio, miserrimī mortalis casum subire. Proiciēt Tul-
lius in exiliū, itaq; nimirū innocens ab inimico, religiosus a scelerato, beneuolus huic ciuita-
ti ab hoste. O misera vitæ ratio, quæ tandiu resides in voluptate, q̄ diu fortunę poscit libido,
ego ne inimicus huic ciuitati: quāobrē: quia inimicos necauī. ego ne hostis: quid ita: quia ho-
stes interfeci. Eheu conditionē huius tēporis. antea gloria & laude dignissimi ducebant̄, qui
hec perfecerūt, nūc scelerati & parricidæ esse dicunt̄, q̄ hæc administrarūt. sint sane scelerati:
superet istorū victoria, si modo victoria appellāda est, ī qua ciuitatis inest luctus: habeāt hęc
palmā ex innocētis cruore. tantū a vobis illud Equites Ro. peto, & rogo, vt quē sæpenumero
vestra laude cohonestatis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

Ducere sp̄-
ritū liberū

Eheu con-
ditionem.

AD QVIRITES POST REDITVM. ORATIO. XXVIII.



QUOD PRECATVS A IOVE OPTIMO MAXIMO, CAE-
terisq; diis immortalib⁹ sum Quirites, eo tēpore, cū me, fortunaſq;
meas p̄ vestra incolumitate, otio, cōcordiaq; deuoui, vt si meas ra-
tiones vnq; vestrę saluti anteposuissem, sempiternā poenā sustinerē
mea volūrate susceptā: sin & ea, quę ante gesserā, cōseruandę ciuita-
tis causa gessissem, & illā miserā profectiōnē, vestrę salutis gratia sus-
cepissem, vt qd̄ odiū scelerati hoīes, & audaces in Rēp. & in oēs bo-
nos cōceptum iandū continerēt, id in me vno potius, q̄ in optimo
quoq; & in vniuersa ciuitate deficeret: hoc si animo in vos, liberof
q; vestros fuisset, vt aliquādo vos, Patresq; cōscriptos, Italiāq; vni-
uersam, memoria mei, misericordia, desideriiq; teneret: eius deuotionis me esse conuictū iu-
dicio deorū immortalū, testimonio Senatus, cōsensu Italiæ, cōfessione inimicorū, beneficio
diuino immortalisq; vestro, maxime letor Quirites. Et si homini nihil est magis optādū, q̄ p̄-
spera, æquabilis, perpetuaq; fortuna, secūdo vitę sine vlla offensione cursu, tamē si mihi tran-
quilla, & placata oīa fuissent, incredibili quadā, & pene diuina, qua nūc vestro bñficio fruor,
lætitiæ voluptate caruissem. Quid dulcius hominū generi a natura datū est, q̄ sui cuiq; libe-
ri: mihi vero, & propter indulgentiā meā, & propter excellens eorū ingenium, vita sunt mea
chariores. tñ nō tāta voluptate erāt suscepti, quanta nūc sunt restituti. Nihil cuiq; fuit vnq;
iucūdi⁹, q̄ mihi meus frater. nō tā id sentiebā cū fruebar, q̄ tūc, cū carebā, & posteaq; vos me
illi, & mihi eū reddidistis. Res familiaris sua quęq; delectat. reliquæ meæ fortunæ recuperatę
plus mihi nūc voluptatis afferūt, q̄ tūc incolumi afferebāt. Amicitie, cōsuetudines, vicinīta-

Fortuna
æquabilis
oprandæ